



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum vnum quod est principium numeri aliquid addat
super ens & super vnum quod conuertitur cun ente & quid sit illud.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. I. Distinctio. XXIII.

alia quæ consequitur ens quam in diuinis reperimus, sic etiam est duplex multitudo, vna materialis quæ sit secundum diuisione continui, & haec est numerus qui est de genere quantitatis, sicut & vnu quod est principium eius, nec reperiatur in diuinis propter duo. Primo est, quia omnis talis multitudo maior est qualibet sua parte etiam in perfectionibus essentialibus sicut & continuum ex cuius diuisione caufatur. Secundo, quia unitates talis multitudinis differunt essentialiter sicut partes continui.

8 Alia est multitudo quæ est de transuentibus, & reperitur in diuinis sicut & esse vnum & cōvertitur cum ente, & de hac dicunt quidam quod eius formalis ratio est priuatuia. Dicunt enim quid sicut formalis ratio vnius completer per diuisiōnē circa rem que dicitur vna ita ratio multitudinis completer per rationem diuisiōnis circa vnamquamque naturam rerum que dicuntur multa, & per rationem negationis per quam vna dicitur non esse altera, ita quid ratio diuisiōnis circa vnamquamque partem multitudinis, & ratio negationis (vt vna non sit alia) compleat rationem multitudinis.

9 Istud autem non videret bene dictum propter duo. Primum est, quia quæcumque opponuntur adinuicem op positione priuatiū necesse est rationē vnius esse positiū, & alterius priuatiū, sed vnu quod conuertetur cum ente, & multitudo ei correspondens opponuntur priuatiū, ut patet ex 4. metaph. Ergo cum ratio vnius sit priuatiū oportet & ratio multitudinis sit positiua. Alioquin non opponeretur, sicut habitus & priuatiū.

10 Secundo, quia non est verum quod affluitur, scilicet & ratio multitudinis consistat in ratione diuisiōnis circa ea que dicuntur multa, immo consistat in ratione diuisiōnis vel distinctionis eorum qua dicuntur multa. Oppositorum enim oppositib[us] sunt ratios. Si ergo ratio vnius est ratio diuisibilis & indiuisibilis oportet & ratio multi sibi oppositi sit ratio diuisibilis vel distinctionis, unde non per hoc sunt aliqua multa formaliter quidam quodlibet eorum est vnu vel diuisibile, sed per hoc quod habent distinctionem adinuicem ad quod sequitur quoddam negatio, scilicet quid vnu non est aliud, que non est formaliter ratio multitudinis, sed quoddam concomitans, & sic patet primum.

11 Q Y A N T U M ad secundum sciendum est & vel queritur de significato, vel de his quibus significatiū conuenit & de quibus dicitur, si de significato, sic patet & non mina haec non significare, nec significare videntur, efficiant nec relationes, sed solum important distinctionem, vel indiuisiōnem, circa totam naturā eius, substantię, et accidentis ut statim dicitur est. Si vero queratur de his quibus nomina predicantur, dicendum sic, & in diuinis vnu predicatur tam de substantia & de relationibus, multum autem, & omne nomen ad multitudinem pertinens non dicitur realiter nisi de relationibus & de iis que relationem includunt.

12 De vno patet sic, quia cuicunq[ue] cōvenit esse indiuisibilem eidem conuenit esse vnu, sed tam essentia & relationi cōvenit esse indiuisibilem. Sicut enim substantia diuina est indiuisibile in se, ita paternitas, ergo tam essentia & relationibus conuenit esse vnu. De multo autem & de aliis nominibus ad multitudinem pertinentibus, sicut tres, quatuor, & huiusmodi & solum dicuntur de relationibus & relationē importantibus, similiiter patet, quia omnia talia distinctiones importat. Sed in diuinis non est distinctione quo ad essentiā, sed soli quo ad relationes vel ea quæ relationē important, quare &c. & sic patet secundum.

13 Q Y A N T U M ad tertium sciendum & cum in diuinis sit unitas essentia & pluralitas personarum, ideo illa nomina cauenda sunt in diuinis qui distinguunt essentiam, vel confundunt personarū distinctionem, illa autem nomina quæ important diuersitatē, vel pluraritatem consequuntur ens, ens autem dicitur de omnibus entibus per attributionem ad primum ens quod est substantia. Et ideo vel de virtute vocabuli, vt quidā dicunt, vel faltem ex accommodatione vnu (vt verius credo) ens per se sumptū dicitur de substantia solum. De aliis autem dicitur cum determinatione ad hoc pertinente. Eodem modo dicendum est de illis quæ cōsequuntur ens sicut multum, & non mina ad multitudinem pertinencia, sive in speciali, vt tres,

Quæstio II.

72
quatuor, sive in generali ut diuisum & distinctum, & similia. Hec enim per se sumptū dicitur ex accommodatione vnu multitudinem in substantia sub tamē determinatione dicunt multitudinem pertinentem ad illud genus ad quod determinatio erit, propter quod haec nomina per se sumpta non debent recipi in diuinis cum dicat multitudinem in substantia, cum determinatione autem possint recipi ut dicendo multa supposita, vel tres personæ, aliud suppositum, vel alia persona, & sic de aliis.

14 A D P R I M U M argumentum dicendum est & termini numerales pertinentes ad genus quantitatis non recipiuntur in diuinis, quia nulla res est ibi de genere quantitatis, sed termini importantes multitudinem quæ est de transcendentibus quæ non addit aliquam rem super ens bene recipiuntur in diuinis, nec ponunt aliquid super diuinā essentiam, & diuinas personas & relationes nisi rationē distinctionis talis, vel talis quæ est ratio positiva, ita tamen non sit alia res. Per idem patet ad autoritatem Hilarii & Magistri in litera, propter hoc enim dicitur negatio, quia non ponunt rem aliquam super id de quo dicitur ratio ramen significandi ipsorum est posita.

15 Ad argumentum in oppositum bene cocludit quia secundum Philos. 4. Metaph. vnum & multa priuatiū operuntur. Et ideo si quodlibet diceretur priuatiū quodlibet priuariū suum oppositū, & per consequens seipsum & esset circulatio.

Q V A E S T I O S E C U N D A.

Vtrum vnu de genere quantitatis addat aliquid vltra vnu quod conuertitur cum ente, & quid sit illud.

Th. I. q. XI. art. I. ad. I.

S Ecurio quæritur de vnu quod est principium numeri, si quod est de genere quantitatis vnum addat aliquid super ens, & vnu quod cōvertitur cum ente. Et quid sit illud. Et videtur & illud sit ratio mensura. Primo per Aratost. 4. Metaph. qui dicit quid vnu quod est principium numeri, & numerus opponuntur sicut mensura & mensuratum, ergo in ratione vnius quod est principium numeri includitur ratio mensura.

2 Item sicut se habet numerus qui est de genere quantitatis ad multitudinem quæ est de transcendentibus, ita se habet vnu in quantitate ad vnu quod conuertitur cum ente. Sed numerus qui est de genere quantitatis addat super mensuram quæ est de transcendentibus rationem mensuram. Est enim numerus multitudo mensurata per vnu ut patet ex 4. Metaph. ergo vnu quod est principium numeri addit supra vnu quod cōvertitur cum ente rationem mensuram.

3 C O N T R A . Mēsura est in genere relationis. Sed vnu quod est principium numeri non est in genere relationis sed quantitatis, ergo vnu quod est principium numeri non addit super vnu quod cōvertitur cum ente rationem mensuram. Consequētia probatur quia vnu quod est principium numeri non addit per se super vnu quod conueritur cum ente, nisi rem sui generis.

4 R E S P O N S I O . Primo dandus est hic intellectus questionis, & postea procedetur ad eius discussione. Quārum ad primum sciendum & intellectus questionis non potest esse ille quem verba questionis praetendunt scilicet quid addat vnu quod est principium numeri supra ens & vnu quod cōvertitur cum ente, quia nec tale vnu, nec quodcumq[ue] aliud potest aliquā rem addere super ens, ut dictum fuit in praedicta questione. Sed iste est intellectus, scilicet quid dicat vnu quod est principium numeri sub ente. Et illud quādoq[ue] vocatur additio sicut dicimus quid homo addit rationale super animal.

5 Hoc supposito est multiplex modus dicendi circa questionem propositam vnu quidem est & vnu quod est principium numeri non contrahit directe vnu quod conuertitur cum ente, sed contrahit ipsum ens, sicut album, vel homo, vnu enim quod est principium numeri non dicitur priuatiū, sicut vnu quod conuertitur cum ente propter quod non directe contrahit ipsum. Sed dicitur posse. Est enim speciale quoddam ens sub ente communī. Et hoc est ipsum quantum. Dicunt enim isti quid quantitas dupliciter perficit suum subiectū etiā positivē uno modo

secunda

Magistri Durandi de

secundum se & absolute, & sic quantitas dicitur vniuersitas, & quantum vnum. Alio modo perficit ipsum per comparationem ad partem. Et sic dicitur continuum ita q̄ ratio vnius quod est principium numeri non consistit in individuatione sed in esse tale, scilicet in esse quantum absolute propter quod est ratio positiva sub ente, quia ratio quanti directe contrahit ens commune, & non vnu quod cum ente convertitur nisi per accidentem & indirecte.

6. Sed hæc positio deficit, Primo, quia absq; vlla probatio assumit q̄ vnum quod est principium numeri sit ipsum quantum secundum absolute rationem ipsius quanti & econuerso, hoc enim nō videtur, tum quia eset nugatio dicendo vnum quantum quia essent nomina penitus synonyma significantia penitus idem ratione & re quod non est verum, tum quia quantitas nō dat esse multa nisi qui diuersa, ergo nō dat esse vnum nisi inquantu[m] individua, ergo quantum secundum se & absolute non habet rationem vnius, sed quia individuum. Secundo deficit in hoc q̄ dicit q̄ quantum potest perficere suū subiectum secundum se & absolute vel in ordine ad partes. Impossibile est enim q̄ quantum sic perficiat suum subiectum absolute q̄ hoc sit absque ordine ad partes quod probatur sic, Illud quod non potest intelligi abq; ordine ad partes nō potest aliud perficere circumscrip[ti]o[n]e hoc ordine, sed quantum non potest intelligi sine ordine ad partes cum hoc sit de sua formalis & diffinitu[m] ratione, dicente philosopho quinto metaphysicæ, quod quantum est quod est divisibile in ea que in sunt, & hæc eius sunt partes sine quibus impossibile est quantum intelligi, quare &c. Vnde probabilitas diceretur & quantum secundum q̄ continuit est vnum quam q̄ sit vnum secundum q̄ quantum absolute, quia quæcumq; sunt sibi inuicem continua sunt vnum, non autem quæcumq; sunt quanta, quia possunt esse inter se diuersæ & sic plura & non vnum. Veruntamen nec illud est simpliciter bene dictum quia licet omne continuum sit vnum & econuerso, prout nunc loquimur de vno, tamen ex alio formaliter dicitur continuum, scilicet quia partes eius copulantur ad vnum terminum & hæc est ratio positiva, & ex alio dicitur vnum ex hoc scilicet q̄ partes eius non sunt diuersæ vel sunt individua quæ est priuata.

7. Alius modus dicendi est quod vnum quod est principium numeri addit super vnum quod convertitur cum ente aliquid realiter diuersum, quod declaratur sic, quia vt isti dicunt in rebus materialibus est duplex terminatio scilicet essentialis, q̄ est per formam substantialiem secundum quam res sic est hæc, puta homo vel animus q̄ non sit alia & accidentalis quæ est per quantitatem secundum quā determinationes ostenditur tanta quod nec maior nec minor secundum primam terminationem attenditur vniuersitas quæ convertitur cum ente, sed secundum aliam attendit vniuersitas quæ est principium numeri. Ex quo arguitur sic. Sicut se habet terminus essentialis ad terminum in accidentalem, ita se habet vnum quod convertitur cum ente ad vnum quod est principium numeri, sed terminus essentialis & accidentalis differunt realiter, puta substancialis & quantitas, ergo vnum quod convertitur cum ente & vnu quod est principium numeri differunt realiter propter quantitatem quam addit vnum quod est principium numeri super substancialis.

8. Sed nec istud est bene dictum, quia impossibile est vt dictum fuit in principio questionis, q̄ aliquid addat super ens, & vnu quod convertitur cū ente, quia aliquæ addat naturam realiter ab ente & vno diuersam, quod patet sic, quia quæcumq; aliqua se habent sicut superioris & inferius per se & essentialiter ordinata quicquid importatur per inferius totū clauditur in ambitu superioris. Sed omnē quod est in aliqua natura sive accidente sive substancialia, se habet ad ens, & ad vnum quod convertitur cum eo, sicut inferius ordinatum per se & essentialiter ad suum superioris, ergo quicquid importatur per quamlibet naturam substancialis vel accidentis totum per se clauditur in ambitu vnius & entis. Et ita nō addit natura nouam, sed communem determinat.

9. Nec valeat ratio quam adducunt, fundatur enim super falsum, scilicet q̄ vniuersitas quæ convertitur cum ente solum attèndatur secundum determinationem & individuationem.

Sancto Porciano

nem quæ est secundum formam substantialiem. Hoc enim non est verum, quia sicut ens non dicitur solum de substantia, sed etiam de accidentibus, sic individuo in natura entis importata per vnum se extendit ad terminacionem & individuationem in quacunq; natura substanciali & accidentis. Quod ergo dicitur q̄ sicut se habet terminus essentialis ad accidentalem, ita se habet vnum &c. Dicendum q̄ si accipiatur essentialis pro essentia substantia, vel forma substantialis falsum est, quia non sicut habet vnu in quantitate quod est principium numeri ad vnu quod convertitur cum ente sicut se habet accidentis ad substantiam ad quam se habet vt quoddam ens ab ea essentialiter distinctum, sed sicut se habet accidentis ad ens communiter sumptum. In illo tamē sensu procedit ratio vt appareat ex suppositione minoris propositionis propter quod nō valer. Si autem sumatur essentialis pro essentia communiter distinguitur maior est vera sed minor falsa, quia terminus accidentalis nō differt ab essentiali communiter sumptu, sed includitur in ipso sicut superioris in inferiori.

10. Alius modus dicendi quod vnum quod est principium numeri non addit super ens, & vnu quod conuertitur cum ente rem aliquam, sed rationem duplum priuatiu[m] scilicet & positivu[m], priuatiu[m] quia sicut vnu communiter dictum dicit priuationem divisionis generaliter in quacunq; natura, sic vnu quod est principium numeri dicit individuationem in quantitate continua & velterius addit rationem positivam ratione fundamenti huius priuationis, scilicet ratione quantitatis. Et illa ratio est ratio mensuræ. Quod probatur primo per Arist. 4. Metaphy. qui dicit q̄ numerus & vnu quod est principium numeri opponuntur sicut mensura & mensuratur. Secundo quis quando queritur quot sunt homines & respödetur q̄ est vnu, non est sensus tantum q̄ homo qui est ibi sit individuus, immo ly vnu dicit discretam mensuram secundum quā aliqua mensurantur, vt sunt tot sicut queritur per quod. Vnu ergo quod est principium numeri addit rationem mensuræ discrete.

11. Hæc autem opinio duo dicit. Vnum autem est satis clarum multum dubium. Clarum est q̄ vnu quod est principium numeri qui est de genere quantitatis dicit individuationem in quantitate specialiter sicut vnu quod convertitur cum ente dicit individuationem in natura entis vniuersaliter, quod patet, quia ratio superioris saluatoris in quolibet inferiori licet contracta, sed vnu quod conuertitur cum ente est superioris ad vnu quod est solum in quantitate (sicut ens est superior ad quantitatē) vt enim tale ens, scilicet quantitas se habet ad ens commune, sic vnu in quantitate ad vnu in ente, ergo ratio vnu in ente saluator in ratione vnius in quantitate, sed contracta. Eadē ergo individuo quæ sumpta vniuersaliter est formaliter in ratione vnius quod convertitur cum ente ipsa sumpta specialiter in tali natura (scilicet in quantitate) est ratio vnu quod est principium numeri.

12. Sed tunc est dubitatio, quare individuo in quantitate facit speciale vnum sub ente & secundum speciale nomen quod dicitur vnu quod est principium numeri: in aliis autem generibus pura in substanciali, vel qualitate, in diuisio[n]e non facit speciale vnum & secundum speciale nomen. Et dicendum est quod individuo in quolibet genere facit speciale vnum sub vnu q̄ convertitur cum ente, sed nō soritur speciale nomen secundum communem vnam loquendi, sed solum vnu in quantitate. Cuius ratio est, quia omnes vniuersitas opponuntur multitudinis, propter quod in illo genere in quo inueniuntur vlera alia genera specialis ratio multitudinis, rationabilis est quod inueniatur specialis ratio vniuersitatis, sed in genere quantitatis inueniatur specialis ratio multitudinis vlera alia genera, ergo &c. Maior patet, sed minor probatur, quia in aliis generibus à quantitate (exclusa quantitate) nō est multiudo differentia, nisi secundum species quae est multitudine formalis, sicut in his quæ sunt per causas naturales, quicquid sit de his quæ immediate possunt fieri à Deo solo vt angeloi: de quibus queretur in z. lib. dist. In quantitate autem & in materia libis ratione quantitatis inueniuntur noua multitudine sub eadem specie eorum quæ solo numero differunt, propter quod vnu in quantitate soritur speciale nomen diciuntur vnu quod est principium numeri.

13. Secundum